Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cclvj.

velox ad audiendū tardus
ad loquendū et tardus ad i-
ram Ira enim viri iustitiam dei
non operat. propter quod abiicientes
omnem immunditiam et abundan-
tiam malitiae in mansuetudi-
ne suscipite insitum verbum quod
potest saluare animas vestras Estote
autem factores verbi et non au-
ditores tantum fallentes vosmet-
ipsos quia si quis auditor est ver-
bi et non factor hic comparabi-
tur viro consideranti vultum
nativitatis suae in speculo Con-
siderauit enim se et abiit et
statim oblitus est qualis fu-
erit Qui autem perspexerit in le-
ge perfecte libertatis et permā-
serit non auditor obliviosus
factus sed factor operis hic be-
atus in facto suo erit Si quis
autem putat se religiosum esse
non refrenans linguam suam
sed seducens cor suum huius va-
na est religio Religio munda
et immaculata apud dm et
patrem hec est visitare pupil-
los et viduas in tribulatione
eorum et immaculatum se custodi-
re ab hoc seculo Fratres mei no-
lite in personarum acceptione fidem
habere dni mei ihu xpi glorie

Item si introierit in conuentu
vestro vir aureum anulum habens
in veste candida introierit
autem et pauper in sordido habi-
tu et intendatis in eum qui indu-
tus est veste preclara et dixe-
ritis ei tu sede hic bene pau-
pri autem dicatis tu sta illic a-
sede sub scabello pedum meorum
nonne iudicatis apud vosmet-
ipsos et facti estis iudices co-
gitationum iniquarum Audite fra-
tres mei dilecti Nonne deus
elegit pauperes in hoc mundo
diuites in fide et heredes re-
gni quod repromisit dis diligentib
se Vos autem exhonorastis
pauperem Nonne diuites per po-
tentiam opprimunt vos et ipsi tra-
hunt vos ad iudicia Nonne
ipsi blasphemant bonum nomen
quod inuocatum est super vos Si
tamen legem perficitis regalem
secundum scripturas diliges proximum
tuum sicut teipsum benefacitis
Si autem personas accipitis peccatum
operamini redarguti a lege qui
transgressores Quicumque autem
totam legem seruauit offen-
dat autem in uno factus est omni
reus Qui enim dixit non mech-
aberis dixit et non occides.

274